

iacencia et in luto^p membris diversimode^q mutilata pariter et adusta, inito^r consilio, ne ex usuraria pinguedine aeris corruptio inficeret^s civitatem, statuerunt, ut quidam indigentes et egeni Christiani tamen^t precio⁴⁰ appreciati, comportatis^u omnibus cadaveribus in tumulos^v, que ignis nondum consumpserat, eadem^w in cineres redigerent igne forti, adiunctis eciam illis, si quos adhuc vivos in latibulis reperissent. Et factum ita est.

Eadem itaque^x die et aliis post sequentibus plurimi utriusque sexus infantes Hebrei^y proprio^z ipsorum desiderio baptizantur^a. Cum quibus et una Iudea antiqua, que post regenerationis lavacrum suo confessore retulisse dicitur, quod beatam Mariam virginem, genetricem Domini nostri Iesu Christi, stantem viderit supra portam Iudeorum. Hi baptizati predicabant Christum dicentes: „Vere⁴¹, qui crucifixus est, filius Dei erat.“ Illi autem, qui vivi post ignem et ferrum remanserunt, reclusi sunt captivi in pretorio. Quos^b cum vidissent^{bc} christiani, moventes capita sua dixerunt: „Vach, qui Christum lapidastis, domus vestre destructe sunt, que vix in tribus aut triginta^d annis reedificabuntur^{e42}.“ Communis autem populus Christianorum laborantes continue in Iudea pro inventis^f thesauris lapidem⁴³ supra lapide non miserunt^g. Consules autem, cum^h hoc percepissent, dixerunt: „Necesse est, ut talibus occurramus, ne cum rex advenerit, qui in Egra

p) fehlt P q) diversimodis M r) en isto M s) insisteret M t) cum M
u) comportantes M v) cumulos P w) fehlt M x) fehlt P y) Hebrei PL
z) pro nimio M a) baptizati sunt M; baptisantur P b-b) cum vidissent M; quod videntes P c) vidisse- durchgestrichen PL d) in triginta P; XXX PL
e) aedificabuntur P f) inveniendis P g) dimiserunt P
h) dum M i) quoniam M; quia P

40) *Matth.* 27,9: tunc impletum est quod dictum est per Hieremiam prophetam dicentem | et acceperunt triginta argenteos pretium adpretiati quem adpretiaverunt a filiis Israhel.

41) *Matth.* 27,54: Centurio autem et qui cum eo erant custodientes Iesum | viso terraemotu et his quae fiebant timuerunt valde dicentes | vere Dei Filius erat iste.

42) *Matth.* 27,39–40: Praetereuntes autem blasphemabant eum | moventes capita sua / et dicentes | qui destruit templum et in triduo illud reaedificat | salva temet ipsum | si Filius Dei es descende de cruce.

43) *Matth.* 24,2: ipse autem respondens dixit eis | videtis haec omnia | amen dico vobis | non relinquetur hic lapis super lapidem qui non destruat. *Marc.* 13,2: et respondens Iesus ait illi | vides has omnes magnas aedificationes | non relinquetur lapis super lapidem qui non destruat. *Luc.* 21,6: haec quae videtis | venient dies in quibus non relinquetur lapis super lapidem qui non destruat.